

No. 112. 1232. Mai.

Kaiser Friedrich II. verleiht dem B. Heinrich den Ertrag der innerhalb der Grenzen des Eigenthums seiner Kirche fündig gewordenen Silber- und sonstigen Metallbergwerke, so wie der Gold führenden Gewässer.

Fridericus dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Siciliae rex per praesens scriptum notum facimus universis imperii fidelibus tam praesentibus quam futuris, quod nos attendentes grata et accepta servitia . . venerabilis Misinensis¹⁾ episcopi dilecti principis nostri, quae nobis et imperio dudum ipse fideliter²⁾ exhibuit et quae in antea melius poterit exhibere, de speciali gratia nostra concedimus et donamus ei³⁾, quicquid in auro vel argento, sive cuiuslibet metalli genere in fundo proprietatis ecclesiae suae ab hac die in antea de novo contingerit reperiri, sive sint argentifodinae⁴⁾ seu metalli cuiuslibet speciei, aquarum etiam decursus, in quibus aurum repertum fuerit, eodem iure et eadem speciali gratia suis proventibus indulgemus, statuentes pariter et mandantes, quatenus nulla omnino persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis eundem venerabilem episcopum⁵⁾ circa hanc concessionem et donationem nostram⁶⁾ super praedictis impedire seu molestare praesumat; quod qui praesumpserit indignationem nostram se noverit incursum⁷⁾. Ad huius itaque concessionis nostrae memoriam et stabilem firmitatem praesens scriptum fieri iussimus maiestatis nostrae sigillo munitum. Huius rei testes sunt B. patriarcha Aquilegensis, Salsburgensis archiepiscopus, E. Papinbergensis, S. Ratisponensis imperii aulae cancellarius, . . Herbipolensis et H. Wormaciensis episcopi, B. dux Karinthiae, . . dux Austriae et Stiriae, Gebardus de Harnesteyn sacri imperii in Ytalia legatus, Riccardus camerarius et alii quam plures. Acta sunt haec anno dominicae incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo secundo mense Maii quintae indictionis, imperante domino nostro Fr. secundo dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Ierusalem et Siciliae rege, anno Romani imperii eius duodecimo, Ierusalem septimo et regni Siciliae tricesimo quarto feliciter amen. Datum apud Portum Naonis anno, mense, indictione praescriptis.

Nach einer Niederschrift aus den letzten Jahrzehenden des 13. oder auch den ersten des 14. Jahrhunderts im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden, die für eine ächte Urkunde K. Friedrichs II. ausgegeben wurde und unten zwei runde Löcher hat, durch welche wahrscheinlich Schnuren zur Befestigung des mit diesen jetzt verloren gegangenen Siegels gezogen waren. Allein das ungewöhnlich grobe Pergament, die geringere Sorgfalt des Schreibers, der Gebrauch einzelner um 1232 ungewöhnlicher Abbreviaturen, der Eindruck überhaupt, den die Urkunde in paläographischer Beziehung macht, zeugen gegen die Aechtheit derselben. Da jedoch der Ausstellungsort und das Datum, sowie die angeführten Zeugen als richtig durch einige unverdächtige Urkunden bestätigt sind, welche zu Pordenone im Mai 1232 K. Friedrich II. vollziehen liess (vgl. Böhmer regesta imp. S. 184. no. 3395—97. 99 und Huillard-Bréholles hist. dipl. Friderici sec. IV. P. 1. p. 359 ff.), liegt wahrscheinlich der vorstehenden Urkunde eine ächte desselben Jahres und Ausstellungsortes zu Grunde, welche das Bergregal oder eine sonstige Verleihung an das Bisthum betraf. Während aber die Form, in welcher 1223 dem B. Bruno von demselben Kaiser bereits angeblich das Bergregal zugestanden worden (No. 96), zu der Zeit nicht genügte, wo die vorstehende gefertigt oder auch nur interpolirt wurde, trat derselbe Fall im J. 1372 wieder ein, wo dem K. Carl IV. die Urkunde von 1232 zur Erneuerung und Bestätigung mit den Aenderungen und Zusätzen vorgelegt worden ist, die hier zur leichteren Uebersicht als Varianten unter den Text gestellt worden sind. Die in zwei Exemplaren (A. B.) noch vorhandene Urkunde vom J. 1372, aus welcher die obige von 1232 bei Lünig RArchiv Spicil. eccl. II. Anh. S. 98, Calles series Misn. epp. p. 164 und Huillard-Bréholles a. a. O. p. 362 abgedruckt wurde, wird später der chronologischen Folge gemäss mitgetheilt werden.

1) Misinensis A. B. 2) fideliter ipse A. B. 3) ei et ecclesiae suae A. B. 4) contingerit rep. sive sint aurifodinae argentifodinae A. vel argent. B. 5) episcopum ecclesiam suam et successores suos A. B. 6) nostras A. B. 7) incursum, adicientes de maiestate caesarea quod si fortuna sibi ecclesiae et successoribus suis arridente montana auri vel argenti vel cuiuslibet alterius metalli contingeret (continget B.) suscitari monetam auri vel argenti ipse (ipse fehlt in A.) suiique successores cudi facere valeant et fabricari. A. B.